

EPISTOLA  
M. ARTHVSII  
DE CRESSONNIERIIS  
BRITONIS GALLI.

Ad Dominum de Parisius super atte-  
statione sua iustificante, & niti-  
dante Patres Iesuitas.

---

M. DC. XI.


THE NEWBERRY  
LIBRARY

Case  
F  
39  
.326  
1611ae

THE NEWBERRY LIBRARY  
UNIVERSITY OF CHICAGO  
1100 EAST 58TH STREET  
CHICAGO, ILL. 60637  
TEL. 773-936-3200

1611ae





Euerendissime & Illustrissime Domine de Parisius, post humillimam salutationem cum magna reuerentia vobis debitam, sciatis quod mense Septembri præterito dum essem Francofurti vbi transueram ad videndum nundinas Autumnales eundo in Italiam inter prandendum cum multis hominibus mihi incognitis, multi iacti sunt sermones qui vos & honorem vestrum tangebant. De quibus vos aduertere existimaui de meo officio, & vobis computare de puncto ad punctum omnia, scilicet super vno libello qui hîc allatus est, intitulatus, Littera Declaratoria doctrinæ Patrum Iesuitarum conformis Decretis Concilij Constantiensis, Reginae matri Regis, Regenti in Gallia, oblata per Petrum Cottonum de societate Iesu, Prædicatorem ordinarium, suæ Majestatis, impresso Lugduni per Nicolaû Iullieron impressoré ordinariû Regium, M.D.C. x. In fine cuius reperta fuit vna attestatio vestra iustificans Patres Iesuitas. Quæ dedit occasionem pluribus qui illic erant loquendi in magna & certè nimia libertate. Vnus ex illis cœpit dicere se attonitum esse quod in impressione illius litteræ apud Claudium Chappelet Parisius vestra attestatio non erat, neque in fine, neque in principio, quod vos non audebatis illâ publicare in vestra Diocesi, & quod

4

extra vestram villam, & bene longè vendebatis vestras cochleas. Et ideo illam nullam esse, neque posse facere fidem, neque auctoritatem habere, neque valere vnum floccum, Gallicè vn bouton. Deinde improbabat fortiter qualitatem illam Domini de Parisius, allegans quod omnes in illa Patria & alibi etiam credunt, quod Rex est solus Dominus de Parisius, non vos qui estis Episcopus Parisiensis, nisi ostendatis vos esse ortum de familia illius Ioannis de Parisius qui ducebat domum suam secum per totum mūdum, de quo extat vnum bellum Romanum Francicè scriptum, & illo casu vos debuistis vos appellare Henricum de Parisius non Dominum, vt sic tollendo vnam litteram, E, quæ est in subscriptione vestræ attestationis, remaneret Henricus de Parisius. Sed vestri parentes omnes qui viuunt in Florentia, Lugduni & Parisius etiam, habent nomen satis cognitum de Gondy, etsi non sint tantum nobiles quàm vos estis nunc: deinde oporteret accipere litteras pro mutatione nominis, super quo vos remittebat ad Gregorium Tholosanum in suo Syntagmate Iuris vniuersi lib. 36. cap. 4. Postea adiecit, Ego non possum excusare dominum de Parisius de vno errore, quod in lingua Latina illa attestatio non est scripta. Nam omnes Episcopi in collationibus suis, prouisionibus, monitionibus, sententijs, litteris ordinum, dimissorijs, mandatis, visa, denique in omnibus actis semper loquuntur Latinè, vel illorum Secretarij ad minus: neque enim illorum Domini omnes

intelligunt Latinum, ideò mirum est quod D. Episcopus de Parisius, non habeat secretarium intelligentem taliter qualiter Latinum, vt alij. Debit facere scribere per illum Aduocatum, quem aliquantum temporis habuit in sua dómo vt illum doceret Latinum. Vnus alter dixit: Ego putabam Dominú de Parisius, quem omnes vident tam pallidum, ex nimio studio & assiduitate legendi ita factum pallidum, quemadmodum magnus ille dicendi magister Porcius Latro cuius etiam sectatores pallorem affectabant. Certè, respondit ille, etiamsi buxo pallidior sit, totus mundus scit quod nunquam accepit pœnam, vel legendi, vel studendi. Pallor ille fortasse prouenit ab humore melancholico vsto à bile, qui facit vnos rubicundos, alios pallidos, secundum qualitatem sanguinis, humores, & affectus corporis. Immo totam vitam transit in nugis Curialibus, & affectat videri bonus Curtisanus, maximè inter mulieres, inter quas reportauit vnam magnam laudem quod nullus illum præterit in Discursibus amatoriis, & in scribendo litterulas quas plaruos pullos vocant, ad dominas suas. Attamè vnus ex adhsistentibus vos defendendo, sustinuit quod vos debuistis & voluistis obseruare ordinationes Regias Franciæ, quæ iubent omnia sermone Francico scribi, & maximè attestationes, secundum doctrinam Rebuffi in suo Commentario super illas, in his verbis: Attestationes debent concipi sermone materno: & allegat Ciceronis locum qui facit multum pro vobis, & ad propositum

quod eo sermone vti debemus qui nobis notus est: sed veluti se plangendo addidit quod vos non habebatis grauitatem Episcopi in incessu neque in gestu, gradiendo super extremitate pedum toto corpore tremulo veluti saltationem motoriam ducentes, & quod indigebatis Chironomo ad docendum vobis continentiam. Nunquã legit, aiebat, can. fin. Dist. 41. vbi dicitur quod *in incessu sacerdos debet esse ornatus, vt grauitate itineris, mentis maturitatem ostendat. Incompositio enim corporis, ait Augustinus, inequalitatem indicat mentis.* Et quod non habebatis bonam gratiam, quia ore renidenti loquebamini, & ridebatis semper apertis labris, ostendendo dentes, quod est signum contemptus & superbiæ: Et se recordari quod audierat vnum de vestro ordine, sæpissimè vobis per iocum dixisse, Quod vos eratis vnus bonus paruus frippo, potius quam Episcopus. scimus bene, dicebat ille quod facit bene diuinum officium tam in sacra missa quam in magnis festis, sed non facit sermones quod est principale. Videat & attendat Lektionem III. Dominicæ II. post Pasca, quæ est homilia sancti Gregorij Papæ, quando loquitur *de his qui diligunt terrenam substantiam plusquam oues, & merito nomen Pastoris perdunt, & quos mercenarios vocat, qui locum Pastoris tenent sed lucra animarum non quærunt, terrenis commodis inhiant, honore Prælationis gaudent, temporalibus lucris pascuntur, impensâ sibi ab hominibus reuerentiâ letantur:* Et videbit se & plurimos Episcopos huius sæculi, si non omnes, depingi, si

addidisset equos curtatos, aues prædæ, & carnes. Nam D. de Parisius habet quadraginta equos curtatos pro vænatione & portat aues super pugno sicut vnus bonus falconierus. Ego hæc omnia grauiter & iniquo animo ferebam, apud me ipsum dicens, Dixi custodiam vias meas, & non delinquam in lingua mea, & posui ori meo custodiam, obmutui & filui in bonis, faciens semper bonam minam. Post hæc, ecce profilit cerebrosus vnus qui dixit, Relinquamus reformationem Episcoporum, & veniamus ad examen nostræ attestationis: Disputemus an procedat in forma & in materia. Non erimus multum impediti ad monstrandum in totum non valere, in forma primo. Attestatio semper fieri debet ad requestam & instantiam vnus partis. Atqui Dominus de Parisius non ostendit se requisitum esse à Patribus Iesuitis dare illis attestationem illam, neque ab illis esse ratificatam, neque à iudice competente, quod est necessarium, vt valere possit, secundum doctrinam Roræ, & Felinum. Secundo in attestationibus debent interponi testes qui vel de visu, vel auditu, vel notorietate alicuius facti deponant, in sua attestatione nullos posuit testes, & sibi soli vult credi, contra doctrinam Anchara. Consil. 202. num. 5. & Iacob de S. Georg. qui dicunt quod sola assertio non sufficit, vbi veritas requiritur. Quis ignorat solam attestationem non probare? Textus est totus rotundus in l. solam C. de testib. & ibi Bartol. Neque facit quidquam quod sit Episcopus: Nam attestatio Epi-

scopi, qui dicit se contulisse, nihil probat, neque etiam si attestetur litteras suas sub sigillo suo confectas, ei creditur. Not. Rebus in glos. super Concord. allegans c. post accessionem, de probat. Areti. & Doctores alios, & per text. in c. cum à nobis, & c. licet, de test. Nunquam vni creditur. Ita consuluit Panorm. Consil. 53. vol. 2. col. 2. Et quod plus est, ad officium suum non pertinet attestari, sed ad notarios, vel iudices adhibitis testibus. Nimis est vulgare in vtroque iure & in Practica, nunquam attestationibus credi. Et per hæc concludo formaliter, quod sponte & in vanum zelo fortasse non satis discreto, qui illum auferbat, dedit attestationem Patribus, qui non petierunt illam & qui necessitatem habent de meliore probatione, fecit, inquit ille, sicut D. Abbas S. Victoris prope muros qui illorum bonorum patrum defensionem suscepit non precatus sed cordialiter & affectuosè, potest esse & iactanter & præsumptuosè, pro qua composuit vnum librum in lingua Francica quem nemo potest intelligere, & est rumon quod nõ egerunt illi gratias de sua pœna & bona voluntate: immo quod conquesti sunt quod illos nimis ineptè defenderat, dicentes se habere meliores defensores & defensiones, & quod vellent quod numquam intercepisset suam defensionem. Quoniam dixit alius de illo libro loquutus es, faciam vobis vnum bonum numerum super hoc. Pater illius & ille ipse filius libellum illum Regi Henrico Maximo obtulerunt cum magnis precibus vt illum legeret,

net, qui fecit sibi legere, & in prima pagina, audiendo nescio quid de vno verbo quod tribus litteris Hebraicis componitur, dixit illi qui legebat se non intelligere quid vellet dicere, & quod timebat quod aliquis nomen suum Francicè loquendo componeret de tribus litteris, & noluit ultra transire. Profectò, respondit alius, liber ille non est legibilis, neque intelligibilis, neque vendibilis. Auctori non attulit honorem, impressori lucrum, neque patribus solatium. sed pergamus & ad materiam attestationis veniamus, cuius examinanda sunt verba dixit, *Quoniam post crudele parricidium in personam Regis multi tumultus cucurrerunt per urbem Parisiensem in notabile præiudicium ordinis Patrum Iesuitarum.* Ergo Dominus de Parisius vult sistere cursum tumultuum Parisiensem. Quo modo? & quo iure? habebit multum ad faciendum tam pro se priusquam pro aliis, attestatio sua non impediet cursum illorum metu pœnæ vel punitionis: nam nullam habet potestatem, neque habet ad quem se capiat de illis qui non habent auctores, sed non exprimit de quo erant illi rumores & quid dicebant de ordine patrum Iesuitarum, & in quo erant in præiudicium illorum. Itaque nobis donat ad diuinandum, & peccat mortaliter quia nos cogit ad malè sentiendum de illis, sed satis manifestè deprehenditur & colligitur ex prioribus illis verbis. *Post crudele parricidium in personam Regis,* illum velle quod omnes intelligant quod ordo ille accusabatur de nefando illo,

detestabili, & execrabili parricidio, quod P. Cottonus vocat funestum accidens. Et de facto nos inducit ad illud credendum prælibatus Cottonus in initio suæ litteræ Declaratoriæ, iisdem ferè verbis se plangens de rumoribus quos de illis seminabant super hoc quidam malè affecti erga illos & religionem Catholicam, quæ nulla est inter alios omnes Christianos Catholicos, præter Iesuitas: & soli faciunt Religionem Catholicam, & qui aliter credit & non habet illam fidem est hæreticus schismaticus, vt sit vnus articulus fidei quem Papa addere potest in symbolo. Credo solos Iesuitas Catholicos. Nam si fidei symbolum condere potest, secundum doctrinam Benedicti à Benedictis in suo libro intitulato Antithesis, Impresso Bononiæ apud Bartholomæum Cocchium 1608. multò magis & addere & mutare: Ergo Iesuitæ se plangunt quod accusantur de illo detestabili parricidio. Oportet illos consolari per interpretationem rumorum. Non accusatur P. Cottonus. P. Alexander, P. Gonterius, P. Albignius, & alij coryphæi particulares sua manu occidisse incomparabilem Henricum IIII. Hoc nemo neque dixit, neque præsumpsit: sed est bene verum quod factio & secta Iesuitarum, triginta anni sunt plus minus, introduxit vel renouauit pestiferã illam doctrinam, Reges occidendi, toti factioni id est ordini Iesuitarum probatam, nemine dempto, quam in Marianam solum nunc reiiciendam fingunt, quæ infecerunt ignorantium & superstitosorum hominum infirma



ingenia, sub spe coronæ Martyrij & æternæ beatitudinis quâ in cōfessionibus cum cautione & in rem & in personam promittunt. Quis ad eò impudens erit qui negare velit Commolentium & omnes Iesuitas qui ascendebant cathedram anno 1589. in prædicationibus suis laudauisse execrabile parricidium Henrici III. piissimi & religiosissimi Principis, cum exultatione? sustinentes palàm, quod licite & iustè patratum erat, & secundum diuinas scripturas? Maledictus ille detestandæ memoriæ monachus Clemens, qui illis abstulit illum honorem quem affectuosè desiderabāt scilicet martyrium. Illi enim se glorificant mortem desiderare pro religione, & multùm dolent quando excluduntur à corona martyrij, vt loquuntur & scribunt in illa Relatione quam fecerunt de 26. pauperibus Franciscanis crucifixis, quos ad mortem sustinendam alacriter hortabantur, postquam tamen notificatum illis fuerat se à iudicio illo exemptos. Et ea doctrinà à nullo eorum huc vsque condemnata fuit apertè & expressè, sed tantùm interdentes, & in vestra ciuitate quam obsident & possidere habent intentionem. sequitur postea. *Nos desiderosi prouidere illorum honore & reputationi ordinis.* O laudabile desiderium Domini de Parisius, & plenum charitatis. Ergo attestatio illa est prouisio honoris & reputationis ordinis Iesuitarum, qua in veritate multum opus habent, & quam debent portare secum per totum mundum, vt si quis ad illorum honorem & reputationem velit tangere, incontinenti

attestationem suam producant, de qua nullus Catholicus dubitare audebit. Utinam curaret suum potius quam Iesuitarum: verumtamen ego credo quod melius amarent vnam bonam provisionem boni & pinguis alicuius beneficij: nam valde nimis amant beneficia Francica, & idedò obtinuerunt bullam de illis quouis modo negotiari, etiam denarijs contentis emere, dummodo de manu laïcorum quantumvis Catholicorum, sed maximè hæreticorum illa retrahant, & totum sine simoniæ labe & sine casu conscientiæ. Et quod ita sit, in statu factò trecentarum millium librarum quas magnus ille Rex donauerat pro Collegio Flexiæ, est vnus articulus his verbis conceptus: Pro recompensatione beneficiorum occupatorum per personas qui nullum habent titulum, & qui non sunt Ecclesiastici, ad fundationem faciendam septuaginta quinque millia librarum. Nonne est hoc emere? De quo se de singulari sua doctrina defendunt: quæ non est adhuc cognita, quâ sustinent animas in Purgatorio non morari, plusquàm decem annos & omnia bona illa affectata beneficijs pro redèptione animarum quæ sunt in Purgatorio, decem annis præteritis, causa donationis cessante fieri purè profana, & licere illis gaudere, & vti tâquam possessionibus & villis rusticis, ita vt & seruitia beneficiorû, & tituli extinguantur, reditu solo apud illos remanente: inde venit quod P. Mouffy Rector Collegij Pictauefis, publicè in præsentia Episcopi & Canoniorum prædicauit, quod omnes Canonici

tam Cathedralium, quàm Collegiatarum Ecclesiarum, & omnes monachi erant inutiles, & quod preces factæ à centum Canonicis aut monachis, non erant vel vtilis vel necessariae, & quod quatuor aut sex boni scholastici plus proficerent, modò sint Iesuitæ. Bone Deus, exclamauit vnus ex illis, Doctrina illa est admodum vtilis, sed inter bonos Catholicos, non arbitror quod sit recepta, & est piarum aurium offensiva, & tendit ad expellendum totum Clerum, & beneficia tollenda. Bene bene, dixit ille, disputabunt inter se super illo, quod sequitur videamus. *Recognito quod rumores isti non proueniunt, nisi ex mala affectione fundata in animositate contra dictos Patres.* Et quomodo recognouit vnde procedunt isti rumores? vbi est inquesta facta ab illo contra illos qui seminauerunt rumores? vbi sunt testes quos audiuit, qui & quales? Oporteret dicere, Postquàm per inquisitionem legitimè & debitè factam, post diligentem informationem testium fide dignorum, vel aliud aliquid simile. Aliàs sua attestatio nihil infert de recognitione sua: hoc est diuinare. Deinde qui sunt illi malè affecti auctores illorum tumultuum, nescit, & sic in incertum attestatio est facta, quæ tamen de re certa fieri debet. Nam incertitudo de iure reprobatur, ait specul. tit. de tuto. & vitiat contractum, obligationem, sententiam; arbitrium, & multa alia. Ibid. tit. de loc. & cond. §. 6. ver. 59. num. 74. Et personarum incertitudo vitiat stipulationem: vitiat legatum & illius ademptionem, Bart. in l. si

quis §. si duobus, de adm. tuto. Ergo & à for-  
 riori vitiabit attestationem illam. Postea se-  
 quitur, *Declaramus per presentes litteras, om-*  
*nibus ad quos pertinebit, tumultus illos esse, im-*  
*posturas, calumnias inuentas malitiosè contra il-*  
*los in detrimentum Religionis Catholicæ Apo-*  
*stolicæ & Romanæ.* Ad hæc verba insurgit  
 vnus, dicens: Quomodo? Episcopus ergo in  
 Francia facit declarationes & litteras paten-  
 tes! sicut Rex, & vtitur verbis Regalibus. O  
 arrogantiam inepti secretarij & impuden-  
 tiam, Deus bone hoc sufferunt officarij Re-  
 gij. Declarat scilicet omnibus ad quos perti-  
 nebit, & ad quos pertinere potest illa declara-  
 tio & nisi ad Iesuitas solos? Quid tangit alios si  
 in illorum præiudicium seminati sunt rumo-  
 res, vt dixit particularis est pro illas declaratio  
 illius Domini, quam in manica sua bene ser-  
 uare debent vel vbi voluerint, pro maiori se-  
 curitate. Sed sequentia verba videamus *in de-*  
*trimentum religionis Catholicæ.* Itane? Pun-  
 ctum igitur est religionis Catholicæ habere  
 Iesuitas in bona opinione, & quod de ilis non  
 seminetur mala fama: vbi hoc scriptum vel di-  
 ctum? Certè Domine de Parisius vos transpor-  
 tatis vos veluti corpore perduto in amorem  
 patrum Iesuitarum. Apostoli & Discipuli Do-  
 mini nostri Iesu Christi, tot martyres, immo  
 ipsemet Christus tot calumnias, tot impostu-  
 ras, tot conuitia, tot tormenta, mortem ipsam,  
 non tantum rumores passi sunt, quæ & negle-  
 xerunt & fortiter sustinuerunt, propter quæ  
 nemo sanus neque de religione Christiana be-

ne sentiens dicet detrimentū vllum aduenisse Religioni Christianæ: immo seruiērūt ad augmentū fidei, & Domini Iesuitæ non possūt sufferre neq; malum tumultum, neq; suspiciōē, per rūmorem & famā sine detrimento religionis Christianæ; quæ ex offensa illis facta magnū dānum patitur. Sancte Deus, quæ blasphemia? At qui P. Orgātinus Iesuita cuidā Iosepho respondit, suum omnium desiderium, & suam gloriam esse pro ptādicatione doctrinæ Christi, qualemcumque contumeliam mortem ipsam sustinere, & ideò omni hora se paratos esse ad mille mortes, & ipsimet vsurpant verba illa Euangelij, *Beati eritis cum vos oderint homines, & persecuti vos fuerint, & dixerint omne malum*, pro Henrico Garneto, quem Martinus Delryo Dionysio Areopagitæ comparat ob martyrium, etsi dispari in causa, non dispari fœlicitate cap. 27. libri intitulati, *Vindicię Areopagitię aduersus Scaligerum*. parcerem fortasse illi, si contentus fuisset dicere, in opprobrium & diffamationem ordinis: Quę admodum dicitur de Episcopis, Abbatibus, Sacerdotibus illis, & Canonicis, qui vt est in proverbio vulgari derisorio, clericaliter viuunt, incontinentibus, fornicariis, adulteris, de quibus totus titulus de vita & honestate clericorum, & cohabitatione illorum & mulierum, magnum scandalum asferre toti clero, sed non detrimentum Ecclesię Catholicę. Sed excusandi sunt & secretarius & magister, quia non intellexerūt vim verbi illius quod posuerunt pro alio verbo innocenter. Quod autem

dicit esse calumnias & imposturas malitiosè  
 inuentas, sub illius correctione manifestum est  
 parcat mihi sua reuerentia, per libros illorum,  
 per illorum loquelas & prædicationes, nihil  
 calumniosè vel malitiosè inuentum, sed me-  
 ritò & verisimiliter, si non verè, illos suspe-  
 ctos esse de cædibus Regum & Principum  
 moliendis & probandis. Reliqua audiamus.  
*Et quod non tantum dicti Patres sunt omni-  
 no nitidi falsum vituperationum, sed adhuc  
 quod ordo illorum, tam propter doctrinam, quàm  
 bonam vitam est maximè utilis ad Dei Ecclesiam,  
 & proficiuus ad hunc statum.* Ecce vna bona le-  
 xiuia pro illis, si solo verbo Domini de pa-  
 risius, illi sordidi rumores qui illos nigre fece-  
 rant abluantur. Itaque illos nitidat Dominus  
 de parisius, vt non habeant opus sapone mo-  
 schato. Bonum est pro illis, sed, ô virgo Maria,  
 quid cogitauit Dominus attestans, quando de  
 illorum doctrina est attestatus. Quærerem li-  
 benter ab illo, quid est doctrina, & de qua do-  
 ctrina intelligi vult suam attestationem, & in  
 qua excellunt illi Patres. Sed non est capax iu-  
 dicandi de doctrinis, quia nullam habet in to-  
 tum. Malum iret pro illo, si D. Hilarij, Gelasij  
 & Zozyimi sententia esset in vsu, qui illiteratos  
 non promouendos statuerant, & Episcopos  
 tales reiciebant, can. 1. & 2. dist. 36. Neque si  
 posset iudicare nobis tres aut quatuor Iesuitas  
 produceret laudabiles in doctrina, sed iniurio-  
 sos & contumeliosos scriptores multos qui  
 litteras humaniores ne delimine quidem salu-  
 tauerunt, & quantum ad Philosophiam, fece-  
 runt

runt vnā ollā putridā illius Gallicè , vñ pot pourri, Quæ vocatur schola Conimbri-  
 censis; & nullum ex auctoribus Græcis & Lati-  
 nis præterea legunt. Totam Theologiam ad  
 controuersias & casus conscientiæ & scrupu-  
 lositates redactam deprauarunt. Quando de  
 vita & moribus illorum attestatur, illi creden-  
 dum non est, nam non conuersatur cum illis  
 aut illos frequentat satis pro cognoscendo il-  
 los, & deponendo de vita & moribus: sed Domi-  
 nus de Parisius attestatur de auditu tantum  
 quem credit, & ita habet magnam fidem, &  
 qualem oportet habere, nam fides est ex audi-  
 tu. Ipsam tamen docent per visum, id est, per  
 imagines & picturas, & se iactant plus profec-  
 disse ad fidem plantandam inter infideles, per  
 vnā imaginem Sansebastiani, & per alias,  
 quàm per prædicationes: Ideò se opus habere,  
 bonis pictoribus scribunt in suis Relationibus  
 & Epistolis annuis, precanturque vt conqui-  
 rantur optimi pictores & illis mittantur. Bene  
 quidem viuunt, id est opulenter, & se tractant  
 opiparè: sed quo ad actiones me refero ad ea  
 quæ scripta sunt de illis, contentus hoc dicto  
 vnus homini qui diu fuit cum illis Iesuita,  
*quod sibi videntur soli contraxisse societatem cum  
 Iesu, in eo sanè nimium sapientes, quod se putant  
 cælo vel ipsa aliquando imperaturos.* Per om-  
 nia hæc posset aliquis cõcludere, quod Domi-  
 nus de Parisius declarat oportere quod vt a-  
 liquis sit utilis & proficiuus ad Ecclesiam Dei,  
 & ad statum, quod habeat bonam vitam &  
 doctrinam. Ergo argumento à contrario sen-

fu, quod est bonum, & fortè, Qui non sunt do-  
 cti neque bonæ vitæ non sunt vtilis, neque  
 proficui, & sic tacitè multos iudicat inutiles &  
 damnosos ad statum, in quo sermone illo ge-  
 nerali secundum Regulam iuris, non compre-  
 henditur persona loquentis, id est attestantis.  
 Attamen illos potius damnosos ex illorum o-  
 peribus omnes iudicant, & boni & fortes Frã-  
 ci credunt, comparando illos assulis tenuibus  
 sulphuratis, quas Francice vocant, allumettes,  
 ad incendia & arma mouenda. Et si per vocem  
 & famam publicam iudicaretur, illorum casus  
 iret malè in Francia, & vbique. Famam autem  
 antiqui, vt testatur Demosthenes, in Deos re-  
 latam esse dicebant, quam mendari vel falsum  
 dicere nefas esset existimare. Reliqua verba  
 mirabilis & ridiculæ istius attestationis sunt de  
 stylo inepti & stulti secretarij qui verbis Re-  
 giis vtitur impudenter, pro quo meruit fusti-  
 gari in prona nostra Dominae, gallicè au Par-  
 uis nostre Dame. Pro conclusione, Dominus  
 de parisus est vnus excusator qui scilicet inter-  
 uenit sine mandato. Tit. de eo qui sine mand.  
 inter. apud speculatorem, & illos excusando  
 & iustificando, nihil facit pro illis, quia nemo  
 illos accusat. Iustificatio quæ præcedit accusa-  
 tionem est suspecta, & est vera accusatio. Du-  
 rantibus his sermonibus concaluit cor meum  
 intra me, & tandem vt à principio proposue-  
 ram, loquatus sum in lingua mea & dixi Do-  
 mini ego adiuui patienter vestras disputatio-  
 nes super attestatione Domini Episcopi pari-  
 siensis, quam & illum derisistis & lacerauistis



acriter. Sed si vos sciretis bene veritatem & quomodo factum vadit, non tam malè illum tractauissetis. Non est ipse qui fecit istam attestationem, quamuis subsignauerit. Fuit vna importuna deceptio, quam fecit illi p. Cottonus, qui illam attulit totam scriptam, & importunissime rogando, coëgit illum subsignare illud scriptum. Quod facilis & incautus fecit non capto alio consilio, quod tamen optimum habet, nisi sui magni Vicarij boni sui parentis Petrauiuæ, cuius fistula dulce canit, qui illum fauore Iesuitarum, quos vt Deos adorat, subordinauit. Et qui creditur, quod non credo tamen, non esse nimis bonus Francius, vt non est natus in Francia, sed est Pedemontanus compatriota P. Gonterij spiritu, & corde Hispano Romanus, Nuncij fidelis explorator & emissarius immo pedissequus. Qui quamuis sit Theologus Parisiensis & Cancellarius vniuersitatis, tamen artificiosus. Si non prodit indignè Sorbonem & facultatem Theologicam, referendo omnia consilia & acta ad Nuncium. Est ille solus qui illi persuasit omne hoc malum. Et quod sit verum quod Cottonus illam fabricauit, probo duobus argumētis. Primum, quod illa verba, quod sunt vtiles, & proficui ad statum, sunt ab illis affectata, & de inuentione Cottoni Curtifani in honorem Societatis. Apparet in illa narratione quam intitulauerunt, deductio cordis Augustissimi, Clementissimi Henrici Magni, vbi fol. 9. faciunt Reginam loqui ad illos sic: *securati sitis quod ego vos manu tenebo, &*

*mibi cura erit vestra conseruatio tanquam personarum, quas iudico vtilis ad istum statum.*  
 Secundo in libro Coiffetelli Iacobini Doctoris ad Regem Magnæ Britanniæ pag: 12. scriptum est quod Rex defunctus iudicauit illos vtilis & ad Dei Ecclesiam, & ad suum statum: quæ verba sunt Cotoni. Nam Cottonus vt veritatem omnes sciant rogauerat illum simplicem monachum, vt misceret aliquid boni de illorum Societate, aut permitteret illi, aliquid pro illis addere, & de facto à fine folij 10. vsque ad finem folij 12. versi, est vera additio ad Coiffetellum: Quod facile iudicabit, quisquis in lenocinijs verborum Cotoni versatus fuerit: Nec sibi factam iniuriam putet per hoc lenocinij verbum, nam ars lenonia ad omnes artes & disciplinas pertinet, & sunt experti isti domini illam sibi vtilem: Per lenonem enim maximum inter lenones, quot sunt, quotque fuere, quotque post alijs erunt in annis, se ab exilio reuocatos & restitutos non negabunt, & exinde illum suum protectorem & bonum dominum appellauerunt, qui illis commodauit quindecim millia librarum, ab eo tempore quo Flexiæ fuerunt, tam pro victu quam pro emendis mobilibus vt dicunt in illo statu supra allegato, nisi illud acceperit ab illis pro suo salario & vacationibus. Illa etiam verba mendicauit P. Cottonus pro sua Societate à duobus Episcopis qui fecerunt Orationes funebres, in Ecclesia Parisiensi & Sandyoniensi, qui serui nimirum animo illi inferuentes extra materiam & sine

proposito, tamen expromisso illos pronun-  
 tiauerunt vtilēs ad Ecclesiam, & statum Fran-  
 cicum, contra quod fortasse ipsimet credunt.  
 Aliud argumentum est quod illa attestatio  
 non fuit impressa Parisiis: Apparet ex eo  
 quod in priuilegio continetur tantum. Littera  
 Declaratoria, non addito cum attestazione,  
 & in permissione librarij Parisiensis facta li-  
 brario Lugdunensi: non est vnum verbum de  
 illa, quam certè Cotonus post impressionem  
 Parisiensem extorsit, & Lugdunum misit. Fa-  
 teor bene Dominum Episcopum debuisse  
 propiūs aspicere & melius aduertere ad ea que  
 sunt talis consequentiæ, quam non fecit, quia  
 tandem totum cadit super suum caput: Zelus  
 credo, vicit prudentiam. Sed pro veritate fa-  
 cti non potest sed de illa attestazione, & scio  
 quod illum pœnituit facti. Bene bene, dixit il-  
 le, parcendū illius leuitati facilitati vel impru-  
 dentiæ. Sed rogo te allegauisti verba Reginæ  
 contenta in illa deductione cordis regij, quo-  
 rum scripto non testibus probabo falsitatem.  
 Ecce liber bene impressus Flexiæ, vbi est Ie-  
 suitarum & illorum protectoris imperij se-  
 des, apud Iacobum Rezé Impressorem Re-  
 gium, in quo nihil tale neque simile legitur:  
 Immo Reginæ penitus diuersa responsio scri-  
 pta, vertamus fol. 8. & 9. vbi faciunt sibi pro-  
 mittere per Reginam suum cor, de quo etiam  
 nihil in altero. Et ne nos imponere dicant,  
 suumque nomen nobis donent, audiamus  
 verba in impresso Flexiæ, fol. octauo. *Si tost  
 que elle les appercent, elle les preuint, leur di-*

fant: Vous demandez, mes Peres, le cœur. He-  
 las! de qui! vous l'aurez, il l'a voulu ainsi, &  
 sa volonté doit estre effectuée, il est raisonna-  
 ble que vostre compagnie ait le cabinet, des  
 pieuses & tendres affections qu'elle experimen-  
 toit tous les iours de ce tres-bon & tres-grand  
 Prince, O avec quelle ardeur il vous recom-  
 mandoit enuers tous, avec quelle constance  
 il vous defendoit contre tous. Quant à mon  
 affection elle ne vous manquera iamais: car  
 vous ne pouuez posseder le cœur du Roy mon  
 tres-honoré Seigneur & Mary, sans y enclorre  
 mon amitié vivante. J'auray soin de vous por-  
 ter amitié, & apres ma mort, mon cœur repo-  
 sera avec le sien chez vous au mesme liect, le Pe-  
 re Coton &c. Adferamus alterum impressum  
 Parisijs apud Franciscum Rezé mercatorem  
 Librarium, in vico Amygdalarum. Legamus,  
 pag. 9. La Royne essuyant ses yeux, monstrant  
 qu'elle aggreoit ceste salutation. Mes Peres,  
 dit-elle, le feu Roy, mon tres-honoré Seigneur  
 & mary, vous a aymez d'un vray amour, com-  
 me chacun sçait, & pour marque il a voulu  
 qu'apres son deceds vous fussiez les depositai-  
 res & gardiens de son cœur: Vay commandé  
 qu'on vous le donnast, & que sa volonté fust  
 executée, & effectuée. Ayans ce gage precieus  
 & continuans enuers le Roy mon fils au deuoir de  
 la fidalité que vous luy avez rendue, mon af-  
 fection ne vous scauroit iamais manquer. Af-  
 seurez-vous que ie vous maintiendray, & au-  
 ray soin de vostre conseruation, comme per-  
 sonnes que ie iuge utiles à cet estat. Has ref-

ponsiones dissimiles esse, quis negabit? im-  
 mo potius falsas non iudicabit? O artificium  
 & mendacium P. Cotoni, plus mendacis  
 quam vnus eradicator dentium qui vtramque  
 fabricauit ad placitum. Profecto est vnus ve-  
 rus Presbiter Martinus, qui cantat solus & si-  
 bi respondet, verus Comædus, facit loqui &  
 respondere personas secundum quod ille  
 vult. Et dat sibi & suæ societati pulchrum  
 iocum per tales inuentiones & suas intentio-  
 nes secretas. Certè, inquit alius, P. Cotonus  
 est ergo consuetudinarius in huiusmodi sup-  
 positionibus & mendaciis. Nam in littera  
 sua Declaratoria impressa Parisiis apud Clau-  
 dium Chappelet, in vico San Iacobi ad insigne  
 vnicornij pag. 14. ait, Congregationem gene-  
 ralem Franciæ habitam Parisiis anno 1606.  
 Non agnouisse nec auctoritatem commoda-  
 uisse leuitati calami siccati Marianæ. Deinde  
 pag. 15. post transcriptionem Perborum patris  
 generalis, ait quod difficillimè repertum fuis-  
 set vnum solum exemplar Marianæ, nisi fuis-  
 set perniciosa liberalita, heredum Vüechelj  
 quæ si examinentur de propius, reperientur  
 omnia falsa. Primo, quando loquitur de con-  
 gregatione illa habita, præsupponit falsum. O-  
 porteret illam ostendere, & Decretum contra  
 Marianã, quemadmodum faculta, Theologiæ  
 suum fecit. Dixit eam non agnouisse leuitatẽ  
 calami. Non dicit congregationem, illam fal-  
 sò eumentitam condemnauisse doctrinam Ma-  
 rianæ, quod oportebat dicere, non venire ad  
 excusationẽ calamj. Sed doctrina illa est inter

Iesuitas omnes in vniuerso mundo generalis & resoluta, quam Cottonus non audet, neque potest absque offensione & iniuria patrum societatis, resolutiue condemnare, vt neque ille neque omnes qui sunt Parisijs, illam audet directo & apparenter approbare, verbis medijs vtentes & intradentes loquentes, & cauentes se suo gladio conficere. Et per verba illa sui Generalis, quid inferri potest? Nam de libris in plurali loquitur, non de libro Mariana: Neque exprimit libros qui & quales sint. Est verè quod vulgo dicunt, du Galimattia, cuius Cottonus Curtisanus Iesuita est magnus artifex, & per quod intendit decipere bardos & idiotas. Caterum in clamando in impressorem falsus est, & debuit inspicere tempus impressionis, quod est anno 1605. vno anno post fictam illam congregationem quæ fuit anno 1606. vt fingit. Item de quo potest accusare illos hæredes Vuechelij, attento quod impressus est liber cum priuilegio Cæsaris & superiorum. Cauillatur malitiosè, in verbo, impensis hæredum Vuechelij, hoc enim est ordinariu in omnibus locis, vbi sunt impressores quod imprimuntur typis vnius & impensis alterius, quod in omnibus ferè libris verificari potest. Sed oportet venire ad veritatem. Qui librum impressit Moguntia, habet litteras quæ adhuc extant, & in lucem producentur quando opus erit ad conuincendum mendacium & malitiam Cotoni, scilicet vnius ex societate Andrea Schotti Antuerpiensis per quas mandat illi vt Mariana librum imprimat cum maxima

commen-

commendatione libri & auctoris. Deinde si quis conferat eum eo qui impressus est Moguntiae, cum impressione Toletana, indubitabiliter condemnabit Cotonum manifestae calumniae. In Toletano qui est in 4. lib. 1. cap. 6. pag. 66. sic legitur. Iure successionis spoliato, nunc mente mutata Galliae Regi, consilio iudicato &c. In Moguntino, pag. 52. vers. 5. Iure successionis spoliato, nunc quod laudandum in primis, mente mutata, Christianissimo Galliae Regi, consilio indicato. Alio loco, pag. 69. in Toletano: Sic Clemens periiit æternum Galliae decus, ut plerisque visum, xxiiii. annos natus, simplici iuuenis &c. In Moguntino pag. 54. vers. 5. sic Clemens ille periiit xxiiii. annos natus &c. Item in eodem, cap. 7. pag. 67. leguntur duo exempla de Tyberio & Pyrrho, quae non sunt in Toletano. Quis homo tam insipidus & iudicio priuatus erit, qui credet heredes Vuchelij quos ut hæreticos sibi inimicissimos clamant, correxisse & mutauisse in fauorẽ Iesuitarum pessima & detestanda verba, & omisisse vera quae illos iugulant. Stupidus planè qui non videt librum reuisum & correctum à Iesuitjs, ut in Francia importaretur & venderetur, in qua tamen malè receptus fuit. Et illud ex illorum consuetudine adhuc probare facilè est: Nimirum ex libro intitulato Aphorismi Confessariorum collecti ab Emanuele Sa. In quo impresso Antuerpiae in officina Ioachimi Trognesij 1599. sub littera C. In fine paginae 36. scriptum est. Clerici rebellio in Regem, non est crimen læsae Majestatis.

quia non est subditus Regi. Scientes illam propositionem totaliter condemnari in Francia vt falsam, illam sustulerunt in illo quem fecerunt imprimere Parisiis apud Niuellium decem annis postea 1609. In vtroque tamen alius est Aphorismus talis. *Crimen læsæ Maiestatis non incurrit qui non est Principi subditus*, nempe in Antuerpiensi pag. 61. In Parisiensi pag. 92. Ex quo conficiunt Syllogisum concludentem in forma & materia : *Crimen læsæ Majestatis non incurrit qui non est Principi subditus, Atqui Clericus non est Principi vel Regi subditus : Ergo Clerici rebellio in Regem non est crimen læsæ Majestatis*. Item pag. 249. impressionis Antuerpiensis, sub littera R. legitur *Rex potest per Rempublicam puari ob tyrannidem & si non faciat officium suum, & cum est aliqua iusta causa, & eligi a ius maiori parte populi*. In impressione Parisiensi nihil tale legitur, sed tantum pars altera Aphorismi. *Cum autem requiritur causa iusta &c.* Item in Antuerpiensi pag. 298. sub littera T. *Tyrannicè gubernans iustè acquisitum dominium, non potest spoliari sine publico iudicio. Latà verò sententia potest quisque fieri excutor. Potest autem deponi à populo etiam qui iuravit ei obedientiam perpetuam, si monitus non vult corrigi*. In Parisiensi pag. 484. hoc tantum legitur, *Tyrannicè gubernans iustè acquisitum dominium, non potest spoliari sine publico iudicio* : reliquum sublarum videtisne vt mutant, addunt, corrigunt ad placitum quæ sibi nocitura timent, se-



eundem loca & tempora? Non quod doctrinam improbant. Inviolabiliter enim obseruatur & tenetur in Societate, per omnia loca vbi sedes posuerunt in Hispania, Italia, Flandria, & in Francia, etiam in vrbe Parisiensi, inter se & suos confidentes. Sed Cotonus & alij qui hinc sunt Parisijs, impliciti negotijs, quæ ad Societatem augendum & res suas faciendum seruiunt, dissimulant pro vno tempore & per discretionem ad lucranda bonam gratiam erga omnes. Sunt enim industrii erga dominos aulæ ad conseruandam eorum beneuolentiam, vt testatur de suo Viceprovinciali P. Ludouicus Froiis in sua Relatione de rebus Iaponicis: Saluis tamen æquiocationibus, tacitis reseruacionibus & mentalibus euasionibus, per quarum virtutem tanquã sanctarum reliquiarum, retinent & seruant doctrinam integram in mente & in corde. Sed relictis Iesuitarum falsitatibus, truncationibus locorũ in allegationibus & interuersionibus quas multi notauerunt, reuertamus ad Dominum de Parisius, qui reperit hinc vnum bonum defensorem. Ergo Domine dic nobis pro honore Dei, cuius ceperat consilium in duobus illis actibus publicis, in quibus se opposuit Curix Parlamenti. Primus quando imprudentissimè, nequid peius dicam tollendo vnam litteram, sese opposuit publicationi Arresti dati pro confirmatione decreti Theologiæ Facultatis, super illa Iesuitica Marianæ propositione, de Regibus occiderdis, per quod librum comburi, & arrestum per parro-

chias publicari per curatos ordinatum fuit. Quam tamen oppositionem non ausus fuit palam formare, vt audiuius, nec se præsentare coram Regina ante Curia Præfides quos illa mandauerat cum Procuratore generali & Aduocatis Regijs. Sed fecit portare verbum per quendam magnæ auctoritatis, qui tamen ex officio suo debebat causam Parlamenti & Arrestum sustinere. Quod omnes interpretati sunt factum ab illo ad instantiam & requestam Iesuitarum: qui nihil oblitifuerant ad impediendum decretum, quod Nuncius per dictum Dominum de Parisius, qui volebat sustinere quod facultas sine illo non poterat decernere, quod falsissimum est, per Episcopum Rozam, per Petrauiam, & alios multos insidiatores, turbare omnibus modis tentauerat: sed non fecit quod voluit. Ego vidi hominem affirmantem, se illos vidisse in illo tempore multum tristes & melancholicos, facientes totum quod poterant erga iudices sollicitatione sua, & multorum magnorum commendatione. Et de facto lucratos fuisse, quod non fuit paucum, vt Arresto verbum de Societate Iesu, & nomen Iesuite Hispani, non contingeretur. In quorum fauorem Dominus de Parisius de suo latere publicationem Arresti per parrochias impediuit. Non quod de illa publicatione sollicitus esset, sed augebat illum quod publicatio facta in Cathedralis, per curatos parrochiarum in suis præconiis, scandalisabat ordinem Iesuitarum, & totam societatem diffamabat nimis: Quo-

tidie enim Electi Locum tenens ciuilis, omnes  
 denique iudices, ordinaant, illi suos rotulos,  
 hi ordinationes quæ ad Politiam pertinent, &  
 alia multa publicari in Ecclesijs Parochialibus  
 absque illius permissione, & eo sciente. Et ta-  
 men Curia Parlamenti non potuit similem pu-  
 blicationem ordinare, quia tangebatur Iesuitas.  
 Secundus fuit in inhumatione Regis, quando  
 ignorans suum officium, suam qualitatem, vo-  
 luit ire ante effigiem Regis, & vsurpare locum  
 ad se non pertinentem, neque sibi conue-  
 nientem, cum Episcopo Andegauensi, Magni  
 Eleemosynarij representatione. debuerat le-  
 gisse Tilleti librum Protonotarij & Graffarij  
 Parlamenti, in illis antiquis Cerimonijs intel-  
 ligentissimi & scientissimi, qui illum docuisset  
 quæ sit differentia inter pompam & exequias.  
 Clerum & Episcopum Parisiensem qui illum  
 sequitur tanquam curatus Regis, non esse de  
 pompa, sed de exequijs, & debere comitari &  
 sequi corpus Regis: Effigiem vero esse de pō-  
 pa, quam Curia Parlamenti sola circumdat vn-  
 dique: postea sequitur luctus. Profecto, di-  
 xit vnus, Ego scio bene quod commu-  
 nicauerat cum bono consilio, & quod simul  
 legerant librum Tilleti, sed consuluit illum  
 tenere illum ordinem contra id quod legerat.  
 Quid tum? respondit, Nihilominus  
 non debuit facere. Nonne legere pote-  
 rat ordinem seruatum in exequijs Regis Fran-  
 cisci Primi, vbi Dni Cardinalis Bellaius  
 Episcopus Parisiensis, familia non solum an-  
 tiquitate & splendore, sed meritis erga nomen

Francicum, illustrissima ortus, & doctrina insignis, sine comparatione tamen Domini de Parisius (nam nulla est inter illos in nulla re) cum Magno Eleemosynario incedebat post corpus Regis, de quo extat paruus libellus impressus in illo tempore apud Robertum Stephanum. Item debuerat ab anniculo suo Cardinali viro prudente didicisse quod illi interuenerat, tunc Episcopo Parisiensi, in exequijs Caroli Noni, in pari occasione, qui, cum ante effigiem ire vellet, cum Magno Eleemosynario Amioto, monitus à Primo Præside Thuano qui omnium habebat notitiam, locum illum ad se non pertinere, se curatum Regis & alium confessorem esse, propterea ad locum ubi corpus erat, illis eundum: Quod bene consulti fecerunt. De quo indignatus Amyotus, vir asper, ut solem esse humiles, cum surgunt in altum, ut ait paruus Cato, noluit unquam post prandium dicere gratias ante tabulem Curiae Parlamenti, quod erat sui officij. Neque se defendere unquam poterit dictus Dominus de Parisius de scandalo quod sequenti die fecit, in medio Ecclesiae Parisiensis, ubi vis facta fuit Curiae Parlamenti, talis quod hastati & custodes, in quosdam è consiliarijs purpuratis, manus iniicere conati sunt, hasta etiam ad pectus praesentata. Quod factum esse consilio & importuna violentia sui affinis audacissimi & violentissimi turbatoris, nemo ignorat, sed illius vanam ambitionem & imprudentiam non excusat, quod ab alio peius factum est. Credit fortasse sibi aliquid iuris acquirere per unum

violentum actum, adeò est malè consultus. Etiam si haberet titulum, quod allegare tantum non potest, esset illo priuandus, toto tit. si per vim vel alio modo. & l. 3. C. vnde vi Exemplo violenti possessoris beneficij; vt docet Co-uarruias lib. 3. Variarum cap. 16. num. 7. per allegata ibi per illum. Sed bene fecit peius quando ante portam sancti Lazari in totum deseruit, & effigiem & corpus Christianissimi Regis vbi suum erat officium dicere vnum de profundis cum oratione & sequi vsque ad crucem, quæ inclinat & ibi tradere corpus Religiosis sancti Dionisij, & attestari quod Rex mortuus erat bonus Catholicus sicut vixerat semper. Sed quid! Maluit attestari pro Iesuitis quam pro suo Rege. Nec fuit honestum videre illum currentem per campos super vnum paruum malum, ad attingendam carrucam plenam Curtisanorã. Vnde Euenit quod D. de Vitry Capitaneus custodiarum Regis coactus fuerit tradere corpus dictis Religiosis, & attestari cum iuramento quod Rex erat mortuus bonus Catholicus faciendo officium Domini de Parisius, de quo facti sunt versus seu rythmi in vico Montorgolio vbi componuntur cantilenæ, quæ quotidie cantantur per plateas, & quadriuiã in hunc modum.

*Prenez, Mésieurs de saint Denys,  
Le corps du Roy, qui fut iadis  
Le plus grand Prince de la terre:  
Bien que ie sois homme de guerre,*

*Pourtant ne vous estonnez pas  
Si ie le mets entre voz bras,  
L'Euesque qui l'auoit en garde  
S'est amusé à la moustarde.*

Ad hæc vnus exclamauit cum admiratione, dicens, O intolerandam Parlamenti demissionem, & defectum animi, quam ignauiam possemus appellare. Debebat pro iure suo illum in Curiam vocare, & admonere tot errorum, consilio pessimo praua audacia, iniuriosè commissorum, contra Curiaë dignitatem, & auctoritatem, in qua & sedendi & opinandi, tanquam Episcopus Parisiensis ius habet: Acta illa indigna Episcopo Parisiensi & Franco, si talem se vult existimari, ante se à nullo alio tentata declarare, reditum temporalem Episcopatus manu regia prehendere, & ingressum Curiaë illi vt indigno interdiceret, quoad viuet. Olim sic viuebatur, & sic fiebat, vt patres nostri annunciauerunt nobis. Ego volēs vos defendere melius quàm poteram, dixi quod vobis nihil esset imputandum de eo quod factum est in exequijs Regis, sed potius Magistro Ceremoniarum, cuius officium est dare vnicuique suum locum: Et quod ille vel alius pro eo vobis assignauerat illum, & vos plantauerat ante effigiem. Quod presumptio erat illum bene scire ordines, & quæ pertinent ad suum officium. In quo presuppofui falsum: nam ille ostendit bene quod nihil intelligebat in ijs quæ ad suum onus pertinent,

talis

talis fuit confusio. Sed quantum ad oppositio-  
 nem, quod audiueram quod vos non vos op-  
 posueratis Arresto, sed tantum voluistis facere  
 querimoniam tanquam de contemptu. His om-  
 nibus mihi respondit, me non tangere punctum,  
 & fingere me nescire intentionem & finem ve-  
 strum. Quidquid fecit, inquit, fecit consulto,  
 & preparato, in fauorem, & ad instantiam Ie-  
 suitarum qui illi promiserunt rubeum capel-  
 lum & tollere difficultatem consuetudinis quam  
 Pape obseruant, de non faciendo duos Cardi-  
 nales ex eadem familia & eiusdem nominis vi-  
 uentes, nisi sint Principes, ita tamen ut illos  
 in omnibus iuuaret & se declararet aperte pro  
 illis, aduersus omnes poenas quas omnes ferè  
 studebant sibi dare, atque omnes Curatos Pa-  
 risienses obligaret, quotiescumque Cathedram  
 postulare vellent, pro praedicationibus  
 Quadragesimae, Aduentus, Octauarum festi  
 Dei, & aliorum bonorum festorum, illis con-  
 cederent & cederent, & licentiam daret con-  
 fessiones audire & sacramenta administrare  
 extra parrochias. Quod ille cito & alacriter  
 sub spe illa, illis promisit, & exequitur. Nam si  
 qui sunt Curati qui faciant minam refutandi  
 vel saltem non volendi, illos vocat & hortat-  
 tur & tandem minatur, ad alios mittit suum  
 magnum vicarium, qui & vim & metum facit.  
 Et de facto, dispensat omnes omnibus diebus  
 quibus volunt, annuis etiam & solènis Pas-  
 che, Natalis & alijs, de confitendo & commu-  
 nicando in sua parochia, modo ad Iesuitas

cant. Quas tamen dispensationes non conce-  
 dit alijs qui habent deuotionem ad fratres  
 mendicantes, vel alios religiosos. Certè ipse  
 se dedit Iesuitis, quemadmodum vnus globus  
 traiectus per vnum lusum trunculorum gal-  
 licè, *comme vne boule au trauers d'vn ieu de quil-  
 les*. Inter illum & Iesuitas est obligatio vltro  
 citroque obligatoria facio vt facias. Sed arbi-  
 tror amplius quod illi multum proderunt illæ  
 actiones, & iuuabunt suam expectationem,  
 nam nihil gratius potuit facere Papæ quàm  
 resistendo supremæ Curie Parisiensi in omni-  
 bus. Et ex eo acquisiuit bonam famam & opi-  
 nionem in Curia Romana erga Papam, &  
 Cardinales: nam omnes qui resistunt Parla-  
 mentis Francicis supremis, filios se Vicarij Dei  
 faciunt. Testes sunt duo Archiepiscopi, qui in  
 prouincia sua fecerunt idem, vnde multum  
 sunt æstimati: sed vnus fuit deceptus, quia  
 non potest attingere ad Cardinalatum, quid-  
 quid faciat, Iesuitas supportet, Nunciũ adoret,  
 & se vestiatur more Romanorum Episcoporu,  
 da Monsignor, portado mantelletũ & cupellũ  
 duplicatum de viridi, & limbo viridi circun-  
 datum, coronam portet, & graua benedicta.  
 Sed dixi ego, non credo quod Iesuitæ habeant  
 tantam potestatem Romæ, vt facere possint  
 Cardinales, & promittere. Audiui quidem  
 dum Romæ eram, quod litteris ad suum Ge-  
 neralem commendant quosdam de Francia,  
 qui refert ad Papam bonam de illis opinionẽ,  
 & sub spe illa, quosdam conuertunt ad: se vt fa-



ma constans est de quodam Domino cui pal-  
 lum obtruderunt, spem inanem verbis inij-  
 ciendo, faciendi fratrem suum Cardinalem,  
 iam longum est tempus, qui à die promissio-  
 nis contra scientiam & conscientiam totus mu-  
 tatus fuit, & de viro bono & honesto, factus  
 turris, fortitudo, pila & columen Iesuitarum.  
 De quibus multum eius frater ambitione illa  
 tortus, conqueritur nimium diu & impatiēter  
 effectum illius promissionis expectando. Et  
 nisi esset quod nouam fecerunt promissio-  
 nem, pro seipso se erga Regem & Reginam  
 intercessuros, pro saluando suo officio, illos  
 credo iam deseruisset. In veritate, respondit,  
 ille, sunt magni ardeliones qui se miscēt de  
 omnibus ad perueniendum ad fines suos, &  
 faciendum factum suum. Et ideo magis miror  
 tot homines adeo simplices, qui vt distento  
 sago impositi in sublimē iaci se sinant, id est  
 bernare. Si me crederet Dominus de Parisius,  
 non amplius expectaret, nec illis suæ simpli-  
 citatis supplantarioribus fideret: sed faceret se  
 portari à diabolo vsque Romam, vt fecit olim  
 Episcopus Papiensis, vt nuntiaret Papæ, ne in  
 crastinum conficeret chrisma: vt refert Ho-  
 stien. in summa, de probat. S. quis debet, col. 2.  
 Et post illum Neuisanus Astensis, in sua sylua  
 nuptiali. lib. 4. num. 143. Et ibi præsens com-  
 memoraret sua magna seruitia supra dicta, cō-  
 tra curiam Parlamenti, Contra Curatos qui  
 Romæ non sunt cogniti, quos rectorali & ve-  
 re pastoralī officio & iuribus omnibus anti-

quissimis priuat, ad Iesuitas transferendo omnia, contra quod potuit discere ex libro Filescij Doct. religiosi & docti, vt nimirum per confessiones & predicationes melius possint suam doctrinā seminare, per totā urbem & publicē & secretò: & declararet, immo iuraret, quod nō recognoscit neque iura Fráciæ, neque Regis auctoritatem, neque vllam aliā superioritatem nisi Papæ, vt Iesuitæ faciunt. Sed addere oportet quod mirabiliter odit appellationes tanquam ab abusu, Et quod existimat omnes & qui appellant, etiam si sint Religiosi, Monachi Presbiteri, Aduocatos qui illas litigant, & iudices, qui accipiunt notitiam de illis, omnes hæreticos, schismaticos, & Ecclesiæ Catholicæ inobedientes, statim fiet Cardinalis, & filius & nouus homo Papæ. Deinde totum ad otium, qualificatus rubeo capello, redibit in Franciam, nisi cum diabolo componat tam de itu quam de reditu, quod esset commodius, & ad saluandum expensas, & ad negotij acceleratiōem. Et tamē posset accidere vnum inconueniens, quòd Nuncius scripserit ad Papam quod ipse appellauit tanquam ab abusu à certa signatura prouisionis, quam obtinuit à Papa, vna Religiosa ordinis sororum pænitentium quæ sunt Parisius, super quā interuenit Arrestum quod est impressum, per quod prouisio & collatio Papæ fuit declarata nulla & abusuua. De quo volens se excusare apud Nuncium, oneravit super suum Promotorem quod interiecerat illam appellationem, & sollicita-

uerat iudicium sine suo mandato & se nesciente. Quod tamen non est verum, salua sua reuerentia, & sub correctione. Nam audiui à viris bonis, dum eam Parisius toto hoc anno quod se lamentatus est apud plures, de quodam ex principalibus iudicibus quod illi refutauerat iustitiam, quam ab alio postea petijt ipsemet, & sollicitauit iudices. Hæc omnia mihi faciebant malum in corde, & scio quod auditui tuo non dabunt gaudium: sed oportuit sustinere vsque ad finem, vt vobis possem computare totum, secundum quod acta & dicta sunt: Et sic finem loquendi fecerunt. Valete vos, & patres Iesuitæ, qui Reuerendorum nomen acceperunt, & maximè Cotonus vnus magister Aliborum. Et si in cubilibus vestris compungi mini, & irascimini, nolite peccare: Consolamini in Domino. Ad societatem ciuium supernorum, perducatur vos Rex Angelorum, vt beati sitis in sæcula sæculorum Amen. Dat. Francof. Kal. Octob. anno M. DC. X. & attestationis vestræ primo.

F I N I S.

E T

D E O G R A T I A S.

*[The text on this page is extremely faint and illegible due to fading and low contrast. It appears to be a single block of text, possibly a list or a series of entries, but the individual words and lines cannot be discerned.]*

